



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

XLIX. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen dem Domstifte Stendal die von den Söhnen des Johann von Lüderitz resignirten Hebungen aus Ballerstedt, am 10. Juni 1282.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

tum stendal, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXII<sup>o</sup>, III<sup>o</sup> nonas marcii per manum domini Johannis de Brunsvich.

**XLVIII.** Dechant und Domherrn bekunden eine Gedächtnißstiftung des Propstes Adam und Pfarrers Heinrich, am 10. Juni 1282.

In nomine domini amen. Nos Johānes decanus, Godeffridus vflamenger, Luderus custos, Theodericus de havelberg cum consensu tocius capituli nostre ecclesie Stendalensis, — protestamur, Quod dominus Adam nostre ecclesie prepositus vna cum domino Johanne plebano in hinrikisdorp connato suo, nostre ecclesie tam in pheodo quam in proprietate propriis sumptibus et expensis comparauerunt in villa Balrestede quatuor choros et dimidium duri frumenti et nouem solidos annis singulis percipiendos, hac tamen conditione apposita, vt quamdiu ambo vel vnus vixerit, predictam integraliter percipiat portionem et de ea ordinet, quidquid sibi placitum fuerit et disponat, Ita tamen quod cum vterque diem clauerit extremum, nos vel nostri successores fide prestita erimus obligati, quod de predicta pensione ordinabimus vnum vicarium ad altare speciale, qui diebus singulis vnam missam dicat pro ipsorum remedio peccatorum et apud deum gratia obtinenda, et ratione inpositionis huius vicarii vicariorum non consueta numerus minuat et idem vicarius sicut alii vicarii choro deferuiat in horis canonicis decantandis. Ordo autem dicendarum missarum talis fideliter obseruabitur: secunda et quarta feria pro defunctis eorum habens in missa memoriam nominatam, Sabbatis de virgine gloriosa diebus aliis misse dicentur secundum canonicas sanxiones. Et quicumque clericus hoc altare sibi vendicauerit, nisi cum collatione presentis littere quamdiu haberi poterit per presentationem decani, qui pro tempore fuerit et capituli, excommunicationis tunc late sententie tam a preposito quam a decano sciat se verissime innodatum, Actum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXII<sup>o</sup>. quarto Idus Junii.

**XLIX.** Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen dem Domstifte Stendal die von den Söhnen des Johann von Lüderiz resignirten Hebungen aus Ballestedt, am 10. Juni 1282.

In nomine sancte et in individue trinitatis Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses liberalitate mera et prouidencia discreta, ob remissionem peccaminum nostrorum, pro diuino cultu auementando, donamus ecclesie sancti Nicolai in Stendal quatuor choros et dimidium silignis et ordei et nouem solidos in censu in villa balerstede, quos filii domini Johannis de Lüderiz a nobis titulo pheodali possederant et resignauerunt liberaliter, proprietate perpetua possidendos. Et ne aliquis ausu temerario predictam donacionem legaliter ordinatam audeat irritare, canonicis predictae ecclesie presentem litteram sigillis nostris tradimus roboratam, testibus adhibitis, quorum nomina sunt hec: Johannes dictus de Grisenberg, Georgius pincerna, Johannes dictus de Nowen, Hinricus dictus de Bellige, milites, Tidemannus de Osterburg et Drusickinus de Krochere. Datum in Sandow per manum domini Johannis de Brunsvich. Anno domini M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXXXII, quarto Idus iunii.